

Ad Petrum Bononium. T. Vlsenius;

Quam similis magno frater Baptiste Marone est
 Una eadem amboꝝ patria plectra docent
 Siue hic bucolica pastoris pinxit auena
 Herois elegos inseruit ve sonos:
 Siue sub horrendis describat Marte furores
 Seu referat fidei sensa profunda pie
 Cuncta maroneꝝ seruant vestigia muse
 Si titulum demas illius esse putem
 Tu modo qui prestas phrisio mi petre Delampo
 Iudicio an fallar doctior ede meo:

Ad T. Vlsenium Petrus Bononius.

Antea virgilio Baptiste Mantua vati
 Est patria atq; ambos carmina docta beant
 Siue elegos seu forte canant arma horrida Martis
 Cedere Callimachum Neonidꝝq; vides
 Sunt similes fateor multum fidibusq; canoris
 Una eadem amboꝝ plectra tonare puto
 Hoc tamen vlseni prior est Baptista Marone
 Quod grauiora suis versibus vsq; canit:

LANDES-
 UND STADT-
 BIBLIOTHEK
 DÜSSELDORF